

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1933

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1178, 24 mai

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale par le pape Alexandre III des biens du prieuré de Longueville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° XXI, p. 24-32.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 177, p. 269-273.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 13067, t. 2, p. 323.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis Simoni priori monasterii Sancte Fidis de Longavilla ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus [apostolicum convenit adesse] presidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annui[mus] et prefatum monasterium in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam et [ins]titutionem cluniacensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet [ac] in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma [vobis vestrisque successoribus] et illibata permaneant in quibus [hec] propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prescriptum monasterium constructum est cum omnibus pertinentiis suis ; duas carretas in bosco de Wi et mortuum boscum in jacendo sive stando quod habetis de dono Henrici Regis Anglie ; in villa de D[uno] duas mansuras terre et quicquid vobis rationabiliter datum est scilicet ex dono Willelmi regis secundi duas bennas apud Boscum Roardi quietas ab omni exactione ; apud Longam villam terram [ad unam carrucam] ex dono Gualteri Gifardi et feriam unam in die Conceptionis Sancte Marie ; apud Sanctam [Fidem]

de bosco ecclesiam et omnes prebendas ad ipsam pertinentes et feriam unam in festivitate sancte Fidis ; apud Unfranvillam ecclesiam sancti Audoeni et feriam unam in festivitate ejusdem et quic[quid id]em Gualterus habebat [in] suo dominio [in] terris et molendinis ; apud Croiseium quicquid habebat, excepto feudo W. de Bosco burdelli ; apud Hoskevillam ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis et unam carrucatam terre ; apud Loram ecclesiam et quattuor pondera salis ; apud Parvam villam ecclesiam et duos hospites ; apud Utrisportum tres burgenses cum suis consuetudinibus ; ecclesiam Sancti Petri de Longavilla cum omnibus pertinentiis suis ; unum molendinum infra curiam vestram et alterum in villa ; decimam molendinorum comitis et thelonei et totius census ejusdem ville ; mod[ium] un[um vini in] cellario comitis per annum ad missas ; capellam de Colemaisnil ; apud Longolium quicquid Adam clericus habebat in ecclesia ex dono comitis et decimam molendinorum comitis ; apud Loram duas salinas et duas ambras salis ; ecclesiam de Blemaisnil ; inter Monasterium villare et Espovillam terram quam comes Giffardus dedit Roberto filio Gilleberti, que solebat reddere lx solidos ; ecclesiam de Bosco Wielini ; ecclesiam de Novavilla et quicquid comes habebat ibidem et apud Puteum ; ecclesiam de Alpigardo et feriam [unam] et quicquid ibidem habent ; ecclesiam Sancti Medardi et ecclesiam Sancte Genovefe et homines vestros in eadem villa et unam carrucatam terre ; ecclesiam de Ovilla et duos homines ; ecclesiam de Herbervilla et terram que fuit Radulfi de Wilikier et quicquid W. Ruandel et heredes sui vobis in eadem villa dederunt ; ecclesiam de Angens cum pertinentiis suis ; ecclesiam de Ansketevilla et quattuor homines ibidem ; ecclesiam Sancti Jovini cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Germani de Magna ecclesia ; ecclesiam de Bosco Roardi cum pertinentiis suis et decimam telonei et decimam molendini et panis domini ; ex dono Radulfi de Bosco Rohardi, ecclesiam de Parva prata et tres carrucas terre ; ecclesiam de Croseio ; ecclesiam Sancti Petri de valle cum pertinentiis suis ; ecclesiam de Bellomonte cum pertinentiis suis ; ecclesiam de Cantelu ; capellam de Bernarmaisnil ; decimam rusticorum de Hotot ; decimam de terra Jozelini de Criuil, apud sanctum Crispinum, et ibidem decimam molendini Osberti Buffli ; decimam de Spineto, de feudo Gualteri Giffardi ; decimam de Gurrel, de terra Willelmi Calcensis et Antelmi de Monteneio ; decimam de terra Gileberti de Hotot ; ex dono Radulfi de Cantelu ibidem unum hominem ; apud Sanctum Audoenum super Elnam, decimam de terra Gileberti de Hotot et Antelmi de Risbot ; decimam rusticorum Helie Haket, apud Tiliu[m] et Dodilinvillam ; apud Gerbevillam decimam de terra et feudo Gualteri de Cantelu ; apud Hoskevillam duos hospites ; apud Dunum, ex dono Willelmi filii Istanni et Radulfi filii sui, de feodo comitis Wrena duos homines ; apud Gerbevillam terram Willelmi dapiferi de dono Gualteri ; apud Osmundvillam unum hominem de dono Willelmi de Sancto Audoeno ; apud Lambervillam tres solidos de dono Gaufridi de Fagherlundo ; apud Ermeneivillam terram et duas partes saline de dono Roberti de Buteillis et ibidem de dono Roberti Claudi unam salinam et ibidem de dono Ernulfi domum suam et unam salinam ; apud Sotevillam terram quam Radulfus de Willeker vobis dedit ; apud Auteneium duos homines de dono Hugonis et Eudonis et decem acras terre et unam mansuram terre de dono Aalit de Caneio et Henrici filii ejus ; apud Hermetvillam tres acras terre de dono Willelmi filii Herberti ; apud Mesnilbernat l acras terre de dono Bernadi de Fossato ; apud Boscum Wielini x acras terre de dono Jordani de Criketot ; in molendino Aldulfi de Gerris x solidos ; apud Fuletot unum hominem de dono Willelmi de Cantelu ; apud Monasterium villare xx solidos, de dono Willelmi de Novavilla in molendino et unum hominem apud Reibertot et unum apud Eskevillam ; de dono Roberti de Novilla, pro anima uxoris sue, xl solidos ; apud Boscum Roardi duas acras terre de dono Lamberti ; apud Anlesvillam unam mansuram de dono Hermeri et ibidem alteram terram de dono Gualteri ; apud Brametot tres homines de dono Aldulfi de Braci ; apud Escuremasnil quicquid Jordanus de Saukevilla ibi habebat in terra et pratis ; apud Ricunvillam totam terram quam ibi habuit Willelmus de Maucumple ; apud Torci duos homines de dono Thome et decimam molendini Hugonis de dono ejusdem ; in molendino de Apevilla unum modium frumenti ; de dono Antelmi, totam tertiam partem molendini Stabularum ; in molendino de Nigello dimidium modium frumenti vel decimam ; apud Sanctum Audoenum super Elnam decimam Gualteri Soldarii de dono ipsius ; apud Ricarvillam decimam totius terre Willelmi Avenel, duas garbas de tota terra quam Robertus filius Hugonis tenuit de feodo Gualteri Giffardi ; apud Gundevillam terram quam ibi habebat Gualterus filius Baldrici et ibidem decimam terre quam Gilebertus de Gondevilla dedit ; apud Hamellum quattuor minas ordeï et duos solidos de dono Reinerii de Evermou ; apud Fleinvillam dimidiam mansuram terre de dono Gaufridi ; apud Crovillam de decima molendini xx solidos et v solidos de redditu Radulfi de Trublevilla ; apud Baschevillam unum hominem, de dono Antelmi ; apud Longam villam terram Hugonis ; apud Arcas terram W. ; apud Bernarmaisnil unam acram terre, apud Acar (sic) unam mansuram ; apud Parvam villam quattuor mansuras de dono Radulfi ; apud Fraisnetum duas mansuras ; apud Drosei mansuram de dono predicti Radulfi ; apud Barivillam unam mansuram ; apud Oskaevillam unam mansuram ; apud Guncevillam unam mansuram ; apud Brettevillam unum hominem reddentem quattuor libras ; in foresta de [Ali]hermont capellam Sancti Remigii cum heremitacio adjacente ; apud les Bans Comitum unum hominem de dono Vuidonis de Beco ; apud Dunum

decimam molendini Gileberti Ridel ; apud Herbervillam [quat]uor solidos et vi denarios in uno homine de dono Eustachii. In Anglia, de dono Gualteri Giffardi, Horewodam cum omnibus pertinentiis suis, excepto feodo Durandi ; Niwentonam totam, excepto feodo Odonis ; apud Westonom quicquid Gualterus Giffardus habebat cum ecclesia et pertinentiis suis ; similiter quicquid habebat in dominio apud Wichingeham, excepto feodo Willelmi et Radulfi de Leonibus et Boterici, ita quod monachi quieti sint de conreio quod ibidem retinuerit Gualterus Giffardus et ecclesias de Wichingeham cum omnibus pertinentiis suis et terram de Retoles Wage et decimam de dominio de Swaneburn et de Merselai et Sinclesberga et Badelesdone et Brichella et Blechelai, Molescho, Luctona, Litecota, Bucchingaham, Mortone, Lanport, Lilingestan, Acelea, Bechamtona, Bradewella, Fulreswurde, Policota, Chiltona, Dortona, Wultona, Wncahendone, Lechamstda, Kameltone, Chikesanda, Achecote, Esintone, Edingrava, Bodingehham cum uno hospite quem ibi habent ; ecclesiam de Herletone et decimam domini cum hospite ; apud Meldone decimam de dominio cum uno hospite de dono Gualteri Giffardi ; ecclesiam de Stredtone ad opus hostellerie ; capellam Sancte Trinitatis de Norwico ; decimam de dominio de Kaures[ham] ; ecclesiam de Hanneia cum pertinentiis suis et decimam de dominio et eandem villam dimidiam et in altera Hanneio viginti solidos de dono Gualteri Giffardi ; terram de Reppis que reddit decem milia alecium ; Aceiam cum omnibus pertinentiis suis ; decimam terre apud Domawe de dominio Hugonis Mascrelli ; hospitale de Longavilla cum omnibus pertinentiis suis, scilicet cum una carrucata terræ apud Longam villam et molendinum tanerez et dimidium molendinum de Waldrevilla et boscum juxta hospitale a via Gobin usque ad viam que vadit de Waudrevilla in Wai ; deci[mam] quoque [alecium] comitis et piscium de aquis [suis] de Longolio et de Novavilla et de Puteis ; apud Novam villam tres modios salis ; juxta Monasterium villare, dimidium molendini quod Paganus de Turfreevilla tenuit ; decimam molendini de Harefluctu. In Anglia ecclesiam de Stokebi cum omnibus pertinentiis suis ; decimam de dominio ; que omnia pertinent ad predictum hospitale, et ecclesiam de Waldrevilla, terram Isabelle apud Guncevillam, decimam terre de Angleskevilla, quam Jordanus dedit filie sue, ecclesiam de Witrenham cum pertinentiis suis ad infirmariam monachorum et decimam de dominio et unam feriam apud Longam villam in die Ascensionis domini. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus presumat exigere. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem vestram recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare quibus si idonei fuerint episcopus curam animarum committat ut ei de spiritualibus vobis vero de temporalibus debeant respondere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati sint vel interdicti nullus obsistat salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nullus omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut possessiones ejus auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva apostolice sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum in supradictis ecclesiis canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre cons[titu]tionis paginam sciens contra eam venire [presumps]erit secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi [????] extremo examine divine ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem pre[mium] eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Rota du pape Alexandre III. Monogramme du pape.

† Ego Alexander catholice ecclesie episcopus subscripsi Ego Hubaldus Hostiensis episcopus subs.

† Ego Johannes presbiter cardinalis sanctorum Johannis et Pauli tituli Pamachii subs.

† Ego Boso presbiter [cardinalis sancte] Pudentiane tituli pastoris subs.

† Ego Petrus presbiter cardinalis tituli Sancte Sabine subs.

† Ego Jacinctus diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmydyn subs.

† Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori subs.

† Ego Hugo diaconus cardinalis Sancti Angeli subs.

Datum Laterani per manum Alberti Sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis cancellarii VIII kalendas Junii, indictione XI, incarnationis dominice anno M° C° L° XX° VIII° pontificatus vero domni Alexandri pape III anno XVIII.